

Der liber constructionis monasterii ad s. Blasium.

113

nonagesimum septimum, in quo iam decrepitis huc venit, peregrinari per loca sancta nusquam requiescebat, quia in illis omnibus diebus nunquam in domo una plus quam una nocte mansit ieiunansque cottidie, exceptis dominicis diebus, usque ad vespervas, et tunc praeter quadragesimalem cibum, nec in praecipuis festis aliud aliquid gustare solebat. Hunc ieiunii tenorem postquam semel bene incoepit, ex obedientia et benedictione apostolica optime usque ad finem suum perduxit, omnimodis desidiaae atque socordiae vitium execrabatur, arrogantiae, aut elationis supercilium sagaci intentione vitavit.

17. Si quando vero ei contigit, ut ad aliquam villam sero incumbente oppido lassus ex itinere et ieiunio deveniret, et si a primo, quem petisset hospitio susceptus non esset et ab altero similiter contemptus, nihilominus et a tertio pari modo repulsus; tunc in illa villa plus neminem voluit rogare, sed sub divo [et] arbore frondosa se proiecit incubatus perdurans, praeter quod pauxillum² tantummodo³ aquae ter in nomine trinitatis ore sorbebat. Mane vero exorto tam alacris tanque robustus viator coeptum iter cucurrit, ac si nocte praeterita optimum Falernum⁴ bibisset, centenisque^{**} ferulorum dapibus satiatius esset. Noverat enim cum Paulo apostolo multos labores et pericula pati in fame et siti, in frigore et nuditate, in itineribus, in naufragijs, in mari et solitudine, periculis fluminum, periculis latronum, et in caeteris, quae idem egregius praedicator [fol. 28^v] dissertissime enumerat^{***}. Quis denique nosse valeat, vel quis digne scribere queat, quantos labores

quantosque dolores in vita sua pertulerit? Solus haec novit scrutator cordium. Ferro ligatus miserabiliter multo tempore fuit*. Sed postquam huc venit, divinae pietatis dono in die sancta dominicae resurrectionis^{**}, ferrum, quo magis solidum fuit, crepuit. Deo enim vivo et vero, omnia perspicienti¹, nil est impossibile nihilque difficile.

18. Inter haec non esse silentio praetereundum reor quoddam mirabile factum, nobis quidem ab his, qui interfuerunt, relatum. Quodam denique tempore, dum in rogationibus chorum cum cruce reliquisque² praeunte ipse cum reliquo vulgo subsequeretur, colligit, ut conspiceret venenosam illam ranam, quae bufo sive rubeta vocatur, ante eorum vestigia in cimeterio serpere, indignatusque contra pestiferum animal, quod in via iustorum et in tam sancto loco reperet, apprehenso nudâ manu pede mortiferi animalis longius illud extra cimeterium deportavit.

19. Sed quoniam pauca de vita conversationeque eius, prout potui, explicui, modo per quantas regiones ipsos dies suae vitae concessos pro adipiscenda in coelis patria peregrinando transegerit, vel quae loca sanctorum in terris, quo familiarius ab ipsis reciperetur in coelis, visitaverit, ex his pluribus pauca ad exercitationem in saeculo viventium plano, brevi et simplici sermone describere conabor.

20. Omnem enim mundi circum, ab oriente in occidentem, a septentrione in meridiem, quantum uni homini possibile erat in aetate sua, ipse etiam maxima ex parte pervagatus est^{***}. Denique sanctorum locorum gratia³ usque ad Thebaidam †, quondam sanctissimorum monachorum habitationibus repletam, pervenit ††. Aegypti quoque regionem, in qua nunquam pluit, pertransivit, nec non Syriam usque Aethiopiam⁴ contendit. Persidam quoque perlustravit, Babyloniam-

¹ perspicentis, §j. ² reliquisque, §j. ³ gratiam, §j. ⁴ Aethiopiam, §j.

* Wahrscheinlich auf einer Galeere, auf welche man Gefangene an die Ruderbänke fesselte.

** Dies stimmt mit meiner Vermuthung oben überein, Kap. 15.

*** Die folgende Aufzählung der Pilgerfahrten Frings ist zugleich eine geographische Uebersicht der drei alten Welttheile aus dem 12. Jahrhundert. Die klassischen Namen der Länder hat aber der Verfasser nicht von Fring erfahren, sondern aus der Lesung der Alten.

† Für Thebaidem, wie unten Persidam für Persidem. Es sind Formen des Mittelalters. Die Thebais ist die Gegend beim ägyptischen Theben.

†† Diese Anführung bezieht sich auf die Kirchenväter, welche über diese Einsiedler berichten. S. Gregor. Nazianz. orat. 21 p. 384.

¹ fehlt in der Hf. ² pauxillum, §j. ³ tantummodo, §j. ⁴ Falernum, §j.

dennach könnte Fring erst um 1350 in St. Blasien gewesen sein. Damals war aber kein Papst in Rom. Aus all dem muß man schließen, daß der Bericht über den Fring wirklich aus einem Werke des 12. Jahrhunderts, höchstens aus dem Anfange des 13. abgeschrieben ist. Fring gehört also dem 12. Jahrh. an, auch abgesehen davon, daß er in dem Necrolog steht, das nur von 1050 bis 1190 geführt wurde, worüber unten die Beweise zusammengestellt sind. Während Burchard, der am Ende des 13. Jahrhunderts seine Reisen machte, schon dem neugriechischen Sprachgebrauch folgt, und den Accusativ bei Städtenamen statt des Nominativs gebraucht, findet sich bei Fring noch die classische Form, d. h. der Nominativ.

* Der Falerner Wein wächst bei Monteaone am Volturno und ist besonders durch Horaz berühmt geworden, aus dessen Lectüre auch diese Anspielung herflammt.

** Daffür stand wahrscheinlich im Originale ein anderes Wort, denn es paßt nicht zu optimum.

*** Vñt. 8, 35. II. Cor. 1, 8 fig., 11, 27 und die Apostelgeschäfte.

Quellensammlung. IV.

